

283* [= 782*] titulos duos Nuscenses quos supra dedimus n. 996. 999 Ligorius Taur. 9 (inde Gud. 181, 4) sic proponit male contaminatos collocans Histonii:

c. pompullius p. f. hor. prim
pil. trib. mil. praef. q. care
ia p. f. gemella uxor
a. arbitrato
5 gemellae uxoris t. f. iiii q. u
an. l m. i.
faustus caesutia q. l. philo
filius mater

Unde Petrus Pollidorus effecit duos item collocans Histonii, quorum alter hic est:

c. pompullius p. f. l. u. primi
pil. trib. mil. praef. . . . aemi
lia p. f. gemella uxor
arbitratus s. p. q. f

Mur. 844, 7 not. a Pollidoro, qui ultima explicat *senatus vopulus que frentanus*. — Quod cum postea Pollidoro displicisset, in antiquitt. Frent. ms. f. 328 (unde neglegenter ed. Romanelli scov. Frentane I p. 205; Marchesani Vasto n. 22) ita scripsit: *Qui sequuntur postremos titulos Pyrrhus Ligorius in ms. cod. bibl. Ottononiana verbo Histonium Tom. I B. II mendose descripsit. Integros emendatos ex Capriolo et Lucio Canaccio Istoniensibus reddimus*:

c. pompilius p. f. ual. primi
pil. trib. mil. praef. l. ferrat
p. f. gemella uxor
arbitratus s

Alter extat apud solum Mur. 1239, 3 a Pollidoro, qui in ms. videtur additurus fuisse, sed non addidit:

gemellae uxori t. l
quae u. ann. l m. u
faustus caesutius q. l
philo filius matri

284* [= 784*] Histonii.

† locus feliciani diaconi | matricularii ecciae
sci | eleuterii qui bixit annos | lxviii m. ix
depositus in | pace in kal. aug. postumio |
lampadio et oreste eos

Pollidorus de episc. Ist. ms. (apud Romanellium sc. Fr. I, 232, inde Marchesani n. 67; ego in cod. non repperi) ex Capriolo et Canaccio.

Ficta ad Gratiani decretum p. I dist. 24 c. 3: presbyteri diaconi et universi clerici Stomensis [Stoniensis al.] civitatis — in ecclesia beati martyris Eleutherii episcopi —

285* litteris magnis, sed pravis quaeque suspicionem moveant (E A M). Vasti trovata negli andati anni in contrada Erce, appartenne a Buca MARCH. Est in museo.

VS M F CAEDI
CENSO

Dressel descripsit. Marchesani gab. n. 12.

286* Vasti in museo.

CHOLA

Dressel qui vidit recentem iudicavit. Marchesani gab. n. 15.

287* [= 787*] titulum L. Baebii Avili urbanum vol. VI n. 1359 Pollidorus f. 58 (inde Mur. 682, 2) Buca Histonium translatum ait.
Titulum falsum Cn. Arrii Aximi (Grut. 366, 2; Gud. 444, 5) Zagarolensem cur Marchesani inter Histonienses n. 31 receperit, ignoro.

LIII. LA ROMA prope Casoli.

288* [= 788*] in nemore inter Orsognam (Ortium Pollidori) et Guardiagrelem rep. 1697 POLL.; Romae MVR., scilicet la Roma confundens cum urbe Roma.

dis salutiferis | dedicata stilikone et | an-
temio coss. kal. apr

Pollidorus f. 372 neque aliunde Mur. 399, 3 e schedis suis.

LIV. ANXANVM.

289* [= 789*] inter ruinas veteres Annii antiqui (v. itinerarium p. 204 n. VI) prope Anxanum ultra fluvium Sarum, MM p. ab eo, totidem a mari distantes, ara iam pridem inventa annoque 1605 Anxanum in aedes patrum Congregationis Oratorii translata POLL. Ad Castellum de Sangro refert ROM. errore.

hygiae | salutari | m. sulpicius | edentulus | u. s. l. m

Pollidorus apud Mur. 21, 8 et ms. f. 409. Inde Antinori ant. Fr. 1, 101; Romanelli scov. Fr. 1, 368; Corcia 1, 186. Orelli 1582.

290* [= 790*] Anxani fragmentum zophori igne ambustum nuper rep. in vicinia S. Luciae meridiem versus, ubi maiores Dianae templum extitisse credebant POLL.

ONI · LVCINAE

Pollidorus ms. f. 417, unde ed. Antinori ant. Fr. 1, 100 et Romanelli scov. Frent. 2, 114.

Videtur subesse puerilis lus in nominibus S. Luciae et Lucinae lunonis, quem ut magis confirmarent alium lapidem saeculi decimi tertii postea finxerunt editum ab eodem Romanellio l. c. p. 415.

293* [= 793*] ara elegans, in monasterio S. Iohannis in Venere VI m. p. ab Anxano.

ueneri | conciliatrici

293*a [= 794*] ibidem reperta POLL.; Ortonae MVR.

Pollidorus ms.:	Antinori:	Romanelli:	Guarini:
quintillae	quintillae	quintillae	quintillae
l. herutii	l. herutii	quintillae l. herutii	l. p. iscauri f. c. herutii
donum	donum	donum	prisci coniugis donum
ueneri	ueneri	ueneri	ueneri

Pollidorus apud Mur. 122, 2 secundam exhibet, utramque in ms. f. 436 (inde Antinori ant. Fr. 1, 56; Romanelli topogr. III, 53; Guarini atc. spig. arch. p. 27, 28, qui eandem nescio unde corrumpit; Corcia storia II, 187.

Confictae propter agnomen monasterii.

294* [= 795*] Anxani in suburbio in horto Carmelitarum.

. | pro salute publica et | ci-
uium commodo res curare et utilia con-
stituta principis auctoritate firmata | con-
seruare integra ni. | |
quod solet accidere. congrega-
tis | omnib. adiutore | u. deuot
. | foro conciliab
. | annonam. uenalia. . .
. . . | dare ali. |

Pollidorus apud Mur. 566, 4, ms. f. 426 (inde Antinori ant. Fr. 1, 94), auctorem laudans Virgilium Capriolum.

Tituli genuini Antonii Iustiniani aliud fragmentum esse perhibetur, cuius rei testem citat Pollidorus Capriolum; plerosque enim scriptores Anxanenses utrumque ita exhibuisse quasi nihil alter ad alterum pertineret. Fictus est propter celeberrimas quae nunc sunt nundinas Anxanenses, quas item antiquissimas esse placuit.

295* [= 796*] Anxani nunc prostat in aedibus Rosatae familiae POLL.

q. aurelius mitranus c. f. p. n | porticum restituit gradus fecit

Pollidorus apud Mur. 471, 7, ms. f. 416, unde ed. Antinori ant. Fr. 1, 87, Romanelli scov. Fr. II, 124, Corcia I, 183.

Liceat componere hoc loco quae de nominum ratione Pollidoriana observavi. Viri saepius quam expectes cognomine carent M. Blavius n. 282*, L. Herutius n. 293*a, L. Veturius n. 342*, M. Visellius n. 298*, aut habent duo nomina (Eustrasius Caesidius n. 318*, Fl. Clatrius n. 299*, Fl. Ninnius n. 343*, C. Mitius Cutronius n. 304*, C. Pompilius Valerius n. 283*, L. Seleucus Rufus Servilius n. 274*, L. Vibius Vulsius n. 291*, Ulpus Aurelius n. 274*) aut patrem patronumve post cognomen collocant (Q. Aurelius Mitranus C. f. P. n. hic, L. Didius Ruber L. f. n. 345*, Eustrasius Caesidius unguentarius L. libertus n. 318*, Fl. Clatrius T. f. n. 299*). Mulieres plerumque solo cognomine in illa exeunte contentae sunt (Gemella n. 283*, Livilla n. 318*, Lucilla bis n. 298*, 300*, Maracilla n. 293*, Marcella n. 275*, Marcellina n. 298*, Quartilla bis n. 275*, 345*, Quintilla n. 293*a); adest praenomen (L. Marcella n. 275*). Possum alia addere (cf. n. 4*, 4*, 40*—54*); sed quem haec non decebunt, is insanabilis est.

291* [= 791*] ara Anxani prope antiqui oppidi portam orientalem inter veterum murorum ruinas rep.

mauorti | custodi | conseruatori | l. uibius
m. f. pop | uulsius | tr. mil. leg. u | ma-
cedonicae | u. s. l. m

Pollidorus apud Mur. 44, 9 et ms. f. 418. Inde Antinori ant. Fr. 1, 56.

Mavortis nomen pro Marte certum est fraudis indicium exceptis scilicet antiquissimis quibusque titulis.

292* [= 792*] reperta in pomerio Anxani veteris.

pelinae | beneficae | m. albius | niceratus |
ex uoto d. d

Pollidorus apud Mur. 99, 3 et ms. f. 418 (inde Antinori ant. Frent. 1, 27, 67). Orelli 1835.

Ficta ad genuinam Superaequanam n. 3344, quae item legitur apud Pollidorum fraude translata ad Ortonam.

293* [= 793*] ara elegans, in monasterio S. Iohannis in Venere VI m. p. ab Anxano.

ueneri | conciliatrici

Pollidorus ms.:	Antinori:	Romanelli:	Guarini:
quintillae	quintillae	quintillae	quintillae
l. herutii	l. herutii	quintillae l. herutii	l. p. iscauri f. c. herutii
donum	donum	donum	prisci coniugis donum
ueneri	ueneri	ueneri	ueneri

Pollidorus apud Mur. 122, 2 secundam exhibet, utramque in ms. f. 436 (inde Antinori ant. Fr. 1, 56; Romanelli topogr. III, 53; Guarini atc. spig. arch. p. 27, 28, qui eandem nescio unde corrumpit; Corcia storia II, 187.

Confictae propter agnomen monasterii.

296* [= 797*] Anxani.

d. m | p. blavius l. f. arn. subulo | iiii
u. equo pup. (sic) sibi suisque | libertis
libertabusq | et posteris et heredibus

Pollidorus apud Mur. 799, 5 et ms. f. 419, unde ed. Antinori ant. Fr. 1, 96 et Romanelli scov. Fr. II, 102.

1 OM., 2 L-F-P-N-ARN, 3 Q-VIR-EQVO Mur.

297* [= 5295] Anxani in aquaeductu extra urbem.

Q · CASSIVS · LONGINVS · SVA · PEC · F

Pollidorus apud Mur. 473, 9 et ms. f. 416 (inde Antinori ant. Frent. 1, 85; Romanelli scov. Frent. II, 124), auctorem laudans Fellam in historia Anxanensi.

298* [= 799*] Anxani.

d. m | euphrastes | m. uisellii libertus
lucillae et marcellinae | filiabus suis | phi-
largo filio et | maracillae coniugi | aman-
tissimae | contra uotum

Pollidorus apud Mur. 1164, 7 et ms. f. 419. Inde ed. Antinori ant. Fr. I, 95 et Romanelli scov. Frent. II, 102.

299* [= 798*] Anxani visitur in aedibus Ricciorum POLL. Sine loco inter Statiellenses BIORCI.

fl. clatrio t. f. uiro splendido | omnibus
honoribus | in patria functo | cerfennini
aquenses albenses | patrono ab origine

Pollidorus apud Mur. 1038, 4 et ms. f. 421. Inde Antinori ant. Fr. 1, 87 ex Pollidoro; Biorci antichità d' Acqui Staziella 1 p. 26 ex Mur.

1 L-CLATRIO, 2 OMNIB., 4 AQVEN., 5 ORIG. Mur. — Praeter inauditam gentem Clatriam nominumque ordinem perversum fictum titulum a Pollidoro indicant aucti inde honores patrii; magna enim res visa est a tribus Marsorum oppidis, quorum primum ex notissimo titulo quem dabimus in miliaris desumptum est, secundum plane inauditum, Anxanensem virum patronum ab origine honoratum esse.